

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XXXIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A est propinquius fini ultimo con-
suevit dici finis eorum q̄ sunt
remotiora. siue igitur quia De-
vult mundum sensibilem in or-
dine ad hominem prædestina-
tum, siue quia quodammodo
vult immediatus hominem ama-
re se, q̄ mundum sensibilem ef-
fectu erit finis mundi sensibilis.
patet igitur inæqualitas volibi-
lium quantum ad ipsa volita, non
volitio est ipsius voluntatis,
sed ut transitus super obiecta
modo prædicto. nec tñ illa in-
æqualitas est pp bonitatem præ
suppositā in obiectis. quibuscū
que alijs a se, quæ sit quasi ratio
fic, vel sit volendo. sed ratio est
in ipsa voluntate diuina, quia si
cum ipsa acceptat alia in gradu,
ita sunt bona in tali gradu, &
non econuerso. vel si derur, q̄
in eis ostensa sunt ab intellectu,
B ostenditur aliquis gradus boni
tatis essentialis, secundum q̄
rationabiliter debet complacere
voluntati. hoc saltem est cer-
tum, quod complacentia eorū,
quantum ad actualem existen-
tiam est mere ex voluntate di-
uina absque alia rōne determi-
nante ex parte eorum.

AD PRIMVM dico, q̄
habitus habet aliquid perfectio-
nis, & quo ad hoc ponitur in
Deo, quod autem requirit im-
perfectiōem, imperfectibili,
hoc est per accidens, & sic non
est ibi. Vnde in Deo est per idē
tatem cum potentia, cum qd li-
bet sit infinitum.

Ad secundum dico, q̄ licet
inanimata non sint proprie dili-
gibilia ex charitate, quæ est ami-
cia, & ad ipsa non est amicitia
proprie habenda. potest tamen
haberi ad ipsa aliquid velles ex
charitate, quale scilicet haberi-

dum est ad ea. possum enim ex
charitate velle arborem esse, &
arborem mihi seruire ad talem
actum, inquantum talis adus
iuvat me ulterius ad diligendū
Deum in se, & hoc modo po-
test concedi, quod Deus ex cha-
ritate diligit omnia, non voli-
tione amicitie, sed tali, qua-
lis est habenda respectu co-
rum.

Tertium concludit in-
æqualitatem, quantum ad bo-
na volita ipsis dilectis, non enī
vult non prædestinatis tanta
bona, quanta prædestinatis, nec
illis quibus dicitur irasci vult
tantum bonum pro tunc, pro
quando dicitur irasci quātum
vult alijs, quibus dicitur non
irasci, & ista inæqualitas dile-
ctionis hoc est effectus dilectio-
nis concedenda est, non so-
lum quantum ad gradus spe-
cificos, sed etiam in indiui-
duis eiusdem speciei, nec ra-
tio huius est natura in isto, &
in illo, sed sola voluntas diui-
na. **A**d argumentum in op-
positum non concludit æqua-
litatem, nisi ut actus est ope-
rantis, non autem ut transit su-
per obiecta.

POST PRÆDICTA DE
QUATVOR VIRTU-
TIBVS &c.

DISTIN. XXXIII.

QUÆSTIO VNICA.

*Utrum virtutes morales sint in vo-
luntate sicut in subiecto.*

CIRCA istam. 33. distin-
ctio. in qua magister agit
de virtutibus moralibus,
vel

Quaestio. A vel Cardinalibus. Quæritur, utrum virtutes morales sint in voluntate sicut in subiecto. Quod non. Philosophus. 3. Eth. dicit, qd sunt in parte irrationabili anime. & Commun. exponit, qd in ea quæ est media inter plantatiuam, & rationalem, talis non est voluntas, sed appetitus sensituius. *Cap. 9. & 10.* Præterea. 3. Eth. ponit philosophus fortitudinem, & temperantiam in appetitu sensitui. Præterea. 6. Eth. commen. 6. Prudentia est &c. quare ibi. Præterea, laud prud. fortitudo & temperantia dicuntur esse in irascibili, & concupiscenti. Scibili, hæc aut non distinguuntur. *Vide. 6. Eth. c. 3.* appetitu sensitui, quia conditiones obiecti quas respiciunt, *Auar. ibi* scilicet bonum arduum, & bonum delectabile, non per se valens obiectum voluntatis, sed tantum bonum sensibile, quod obijciatur appetitui sensitui. *B.* Præterea voluntas sufficienter dū præse perficatur per virtutem theologiam. ergo &c. Præterea. 1. Rationis cap. 3. Ratio dominatur appetitui inferiori principatu politibus, & tunc i. ciuili, ita qd appetitus ille sic perfecte contra moueri. igitur adibile per hoc, vt delectabiliter moueatur *fectibili*, a ratione recta, est necessarium sicut infra ponere illo tales habitus. *Cap. 10.* in solutio. virtus est habitus electiue ne princip. ex diffinitione sua. 2. Eth. c. 6. palis obiectio autem est actus voluntatis vel rationis. 6. Eth. cap. 3. est cunda. enim appetitus consiliatus, *Idem. 9.* hoc autem pertinet ad voluntatem. *Eth. c. 6.* tem, quæ operatur præsupposita. *Th. 1. 3.* cognitione rationis. habitus fieri. præ. autem est illius potentia, cuius sentis diff. est per se talis operatio, igitur habitus moralis est per se voluntatis. *Cap. 2. 9. 4.* Præterea, virtus habet pro R. 1. 9. 1. per se obiectum bonum honestum.

illud autem est per se obiectum voluntatis. Præterea virtus est per se principium actus laudabilis. 2. Eth. c. 5. nulli autem debetur laus, nisi voluntarie agenti, igitur eius est virtus. cuius est per se libere agere, illud est voluntas.

HIC DICITUR, qd philosophus sensit partem negatiuam, alias insufficienter locutus est de virtutibus moralibus, quæ vbiq; loquitur de virtutibus moralibus dicit concedere, qd sunt in parte sensitui, nulloque autem qd sunt in intellectu, nisi. 5. Eth. c. 1. de iustitia. Ad hoc ponunt rationes, prima est hæc, voluntas est ex se determinata ad bonum simpliciter, quia vel illud est proprium obiectum eius, vt distinguitur contra bonum vt nunc, qd est obiectum appetitus sensitui, vel si potest tendere in bonum vt nunc, potest sufficienter determinari tendendo, vel non tendendo et ostensione rationis, vt enim qd obiectum moueat solum, sicut est apprehensum, ipsam voluntatem, & ita non est necesse ponere in ea habitum, sed sufficit qd intellectus sufficienter perficiatur ad recte ostendendum. *Secundo*, arguitur ex libertate voluntatis, quia voluntas cum sit libera potest sufficienter se determinare, igitur non indiget alio determinante, vt habitu aliquo. *Hoc* et arguitur aliter, quia si libera agere pugnat sibi determinati ad agendum p modum naturæ, sed virtus inclinatur p modum naturæ, & ita repugnat modo agendi ipsius voluntatis, & ita non est in ea. *Tertio* sic, vbi sunt extrema & mediū. igitur vbi sunt passionum excedentes, ibi erit virtus, qd moderatrix earum, sed passio-

anes sunt in appetitu sensitivo, non autem in voluntate, ergo.

Quarto, quia si in voluntate posset esse virtus exactibus eius rectis moralibus, aliis ab actibus appetitus sensitivi acquisita, igitur angelus ex rectis voluntatibus moralibus posset acquirere virtutes morales. consequens vero inconueniens & contra philosophum. 10. Eth. ubi manifeste negat ab eis tales virtutes.

H. A. C. OPTIMO improbat vijs similibus his, quae posita sunt ab eis pro ea. Et primo, per philosophum. 1. Politici. Necessse est inquit principem esse virtutem, ut recte principetur, & principalem quam in se, ut recte subijciatur, & applicetur ad partem superiorem, & inferiorem in anima. Præterea, si concedunt iustitiam esse in voluntate, igitur rationes cōes de voluntate, & virtute morali non concludunt, nec est auctori tates philosophi. 1. Eth. de obedibili rōni debet intelligi de solo appetitu sensitivo, quia si solum illum intelligeret per obedibile rōni, igitur insufficenter diuidit a se, inquantū est capax virtutis moralis, & quantū tractat de ipsa, tractat enim de ea, ut est susceptiua virtutis moralis, & tamen voluntas est susceptiua iustitiae, propter quam saltem est susceptiua virtutis moralis, quae nec est in ratione, nec in obedibili rationi, ut ipsi intelligent illa duo membra.

Præterea, ante definitionem virtutis circa medium primi, volens philosophus inquirere definitionem felicitatis dicit sic. Separandum igitur nutritiuam, & augmentatiuam vitam, sequens autem sensitua quadā vi-

que erit, ut ergo & hic cōis homini, & equo, & boui, & omni animali, relinquitur ergo operatiua quadam rationem habens, hic autem hoc quidē ut bene persuasibile rōne, hoc autē ut habens & intelligens. Ex ista litera patet, quod primo excludit partem sensitivam, quia in ista non est operatio hominis sicut homo, qualis est operatio sicut virtutes morales, & per consequens non sunt principaliter ponenda in ista parte, igitur illud quod relinquitur operatiua humani. s. rōnem habentis est perfecte excellens super totam partem sensitivam, & illud diuidit ipse in intelligens, & in bene persuasibile a ratione, igitur per persuasibile a ratione intelligit voluntatem, quia per intelligens constat, quod intelligit intellectum. Sic igitur patet: expresse ex dictis suis, quod obedibile rationi vocatur aliquando appetitū sensitivum, aliquando voluntatem, sicut in fine primi, & sicut obedibile rōni dupliciter accipitur, ita & rōnale accipitur dupliciter. Vno modo stricte & primo, & sic conuenit soli intellectui. Alio modo non stricte, nec primo, sed simpliciter, & sic conuenit etiam voluntati. Sed tertio, si appetitū sensitivum non conuenit per essentiam, sed transumptiue, igitur illud mediū quod est voluntas, nunc vocatur rationale ab vno extremo, nunc obedibile rationi ab alio extremo. Strictē n. accipiendo rōne, ipsa est persuasibilis a ratione, accipiendo rationem large, prout diuiditur contra sensum, sic est rationalis, appetitus autem sensitivus non est persuasibilis a rōne, sed obedibilis rōni, & hæc verba bene possunt poni derari, quia liberū bene

ca. 13.

A bene est persuasibile, nō tñ pro-
prie obedibile. appetitus autē
sensitius, nō est liber, nō est p-
suasibilis, sed obedibilis, q̄a pro-
prie sensibilis, imperio volunta-
tis. ¶ Præterea, ad hoc sunt mul-
tæ auctoritates Aug. vna de mo-
ribus ecclesiæ. vbi vult q̄ qua-
tuor virtutes morales nō sunt
nisi amor ordinatus, vel amoris
ordinati. quare ibi. Item. 14. de
ci. c. 5. & 6. diffuse. quere ibi. De
hoc etiam Aug. 9. Met. ca. vii.
¶ Præterea, rationes adductæ pro
opinionem dicuntur ad opposi-
tum. prima sic, voluntas est in-
determinata, non tñ ad op-
posita, sed etiam in modo agen-
di. recte, & non recte. igitur in-
diger aliquo inclināte determi-
nate ad recte agendū, & illud est
virtus. consequentia patet, q̄a ad
hoc ponunt virtutes in potētis,
vt potētē q̄ de se possunt recte
¶ **B** & non recte agere, regulentur
per virtutes. probatio antecede-
tis, quia voluntas pōt velle sibi
quodcunq; bonū, in quo osten-
dit rō sui primi obiecti, & in di-
ligendo, & in volēdo talia potest
nō recte agere. ¶ Quod si dicas,
q̄ sufficit rōnē recte ostendere.
ideo nō requiritur virtus in volū-
tate, sed in ratione. ¶ Hoc est fal-
sum, quia tunc oporteret prius
rationem errare in ostendendo,
q̄ voluntatē male eligere. & ita
ante primum peccatum volun-
tatis erit error in intellectu, qđ
est irrationabile, quia tunc po-
na esset ante culpā. ¶ Præterea,
dato q̄ volūtas possit sufficien-
ter determinari per intellectum
ad recte eligendum. non tamen
sequitur, q̄ non generetur habi-
tus in ea, quia intellectus magis
determinatur ad recte iudican-
dum, quia intellectus, inquantū

habet operationem primam
actui voluntatis, mere naturaliter
agit, & tñ nō negatur in intelle-
ctu ex frequentibus actibus habi-
tū gnari ad recte iudicandū. s.
prudenciā. Cū igitur voluntas nō
sit magis determinata. ex se ad
vñū, q̄ intellectus, pōt in ipsa ex
actibus eius, frequenter elicitis
quādā habitus gnari inclinās
ad similes actus, & illā voco vir-
tutem. ¶ Præterea, habitus nō tñ
tū ponitur in potētis, vt p. eos
potētis agāt recte, sed vt dele-
ctabiliter, & prompte, quia re-
cte pōt agere q̄s sine habitu p-
prie acquisito, sicut pater in vi-
tioso nouiter cōuerso ad bonū,
cui si rō recta dāctet aliquid op-
positū vitio consueto esse elige-
dum, sicut istud eligat, nō tñ de-
lectabiliter. non enim statim in
primo actu corruptus vel totus
habitus vitiosus, immo vel nihil,
vel parum remissus, hoc patet p.
experientiam, q̄ talis difficulter
eligit bonū honestū, & delecta-
bile sibi esset eligere oppositū,
sīm malam consuetudinē prece-
dentē, igitur ad hoc, q̄ voluntas
delectabiliter agat dictatū a rō-
ne, requiritur habitus ad eliciendū
actū cōformiter illi habitui.

AD RATIONEM igitur
primam Rādeo, q̄ procedit ex
equiuocatione eius, quod est
bonū simpliciter. illud enim po-
test intelligi, vel vt distinguūt cō-
tra bonū apparens, vel vt distin-
guitur contra bonum in singu-
lari acceptū. ¶ Si primo mō, sic
bonū simpliciter non est obie-
ctum voluntatis, quia tunc vo-
luntas non posset habere actum
circa aliquod obiectum appa-
rens. nulla enim potentia potest
habere aliquem actum circa il-
lud, in quo non saluatur ratio
sui

A sui primi obiecti, & ita voluntas
cuiuscunque viatoris esset cōfir-
mata ex obiecto suo, ne posset
peccare. ¶ Secundo modo, pōt
cōcedi, quia bonū sub rōne bo-
ni in vniuersali est obiectum ap-
petitiue, & suae propriae cogni-
tione, sensus autē ēm cōter loquē-
res cognoscit singulare, & intel-
lectus vniuersale. ideo appetitus
sensitiuus habet pro obiecto
bonum, vt tunc. i. bonum singu-
lare cū conditionibus indiuiduā-
tibus. voluntas autē habet pro
obiecto bonū offensum ab in-
tellectu, quod est bonū vniuersa-
le. qd est bonū simpliciter. ¶ Qd
addicibi, qd sufficit rōne recta
ostendere. ¶ Contra, quia tūc vo-
luntas nō posset in oppositum,
Vnde error. ¶ Secunda rō ducit ad op-
positum, sic magis indiget di-
uinitate, ad spon per virtutē habēs actionē
diuinitatis, suā potestate sua, q nō habēs,
q nō quia non habens, nō operat lau-
dabiliter, vel vituperabiliter, sed
habens sic. igit indiget illo per
quod possit laudabiliter opera-
ri. hic autem ponitur virtus, sed
voluntas habet in potestate sua
actionē suam, & non appetitus
sensitiuus, ergo vī etiā mirabi-
le, q illud pp quod homo lauda-
tur in operādo sit praeclis in co,
qd est sibi cōe cum brutis, nec
valer hic arguere q naturae
agens determinatur ad agen-
dū. igitur & voluntas, cum non
sit potentia actiua naturaliter.
nā a puris agentibus naturali-
bus omnes remouent habitus,
quia ex se sunt summe inclinata.
in intellectu tamen, qui magis
naturaliter agit, q voluntas, non
negatur habitus, quia non est ex
se summe determinatus, vel in-
clinatus. nec ista indetermina-
tio est ex imperfectione acti-

ui, sed ex illimitatione quae est
perfectio actiui, alia enim mere
naturalia determinantur sic ad
vnū, q non pnt in oppositū con-
trarie, vel salte cōtradictorie. vo-
luntas autē nō sic determinat, si-
cut dictū est dist. 25. secūdi. Il-
la ē pbatio quae ibi addit, q vir-
tus inclinatur per modū naturae.
quod est cōtra modū voluntatis,
concluderet charitatē & spem
nō esse in voluntate, qd est cō-
ter contra oēs theologos. ¶ Ad
primā igitur istarum probatio-
nū dico, q licet voluntas ex sua
libertate posset se determinare
in agendo, tamen ex actione sua
est receptiua alicuius habilita-
tis derelictae inclinātis ad simi-
lem actionem. illa enim deter-
minatio eius, non est per formā
naturalem, qualis est in igne ad
operandum, sed ex libera actio-
ne quae procedit a potentia in-
determinata, & ita indetermina-
bili per habitum. ¶ Ad secundā
probationem patet ex dictis di-
stin. 27. primi. & 25. secūdi. qua-
liter eā scdā naturaliter agēs po-
test cōcurrere cū eā priori libe-
re agente. & qualiter effectus dī
liber, pp libertatē causae princi-
palis. habitus autē, si est eā sub-
stātia actus, est causa scdā respec-
tū voluntatis. ¶ Tertia ratio de
moderatione passionum duci-
tur ad oppositum sic. primo quia
in voluntate sunt passiones secū-
dum Aug. 14. de ci. c. 5. & 6. igitur
si propter moderationem
passionum ponenda sit virtus
in supremo illius potentiae, in
qua est passio, sequitur q cum
in suprema parte animae scilicet
voluntate sint aliquae passiones
quod ibi ponentur virtutes,
¶ Præterea, moderatio passionis
intelligi potest dupliciter, aut
in-

et. 2. 1. 1. 1.
10. 2. 1. 1. 1.
10. 2. 1. 1. 1.
10. 2. 1. 1. 1.

D

A inexistens aut futura. ¶ In existentem moderari conuenit dupliciter. vel minuendo passionem, quæ nata est fieri ab obiecto secundum se, ne sit immoderata, sicut obiectum esset naturæ delectare potentiam sensitiuam sibi derelictam. aut referendo delectationem illam in finem conuenientem rationi rectæ, ad quem non refertur ex ratione absoluta obiecti appetitus sensitui. ¶ Futuram etiam moderari, potest dupliciter intelligi. vel fugiendo obiectum, quod naturæ est delectare potentiam immoderate, vel assumendo sola obiecta, quæ nata sunt moderate delectare, & tunc passio futura non moderatur in se, sed ne immoderata insit præcauetur. quocumque istorum modorum intelligatur moderatio passionis, magis potest voluntati competere, quam appetitui sensitui, si passio inest, vel inest illi appetitui sensitui. Nam de passione inexistente, si possibile est minui, magis potest eam minuire voluntas, quæ libere agit, quam appetitus sensituius qui patitur ab obiecto, vel qui coagit sibi, quatum potest, magis etiam potest voluntas referre ad finem consonum rationi rectæ, quæ appetitus sensituius quia voluntas est proprie appetitus rationalis, & ita proprie collatiua ad finem, quæ ratio ostendit, ut enim quod est referre ali quid ad finem debitum, non est actus appetitus sensitui, sed voluntatis. proprie enim non conceditur, conferre appetitui sensitui conuenire, vel cuiusque sensui, sicut voluntati, & intellectui. Si enim intelligatur de passione, quæ immoderata debet præcaueri, & moderata assumi, satis videtur planum, quia circa futurum magis videtur voluntatem posse habere actum rectum, quam possit appetitus sensituius, quia cognituiua voluntatis quæ est ratio magis potest consiliari de futuris quam sensus. ¶ Ex his rationibus adductis proprie prædicta, patet, quomodo concluditur oppositum. ¶ Tum, quia voluntas est rectificabilis respectu proprie operationis, & non est de se recta. ¶ Tum, quia est indeterminata, & determinabilis, non minus quam intellectus, a quo non negatur habitus. ¶ Tum, quia eius est principalitas in operando operationes humanas, quia libera est, & operationes humanæ requirunt in principali agente virtutem, ratione cuius habetur laus. ¶ Tum, quia nata est proprie delectari sua operatione, & ita habere habitum, quo delectabiliter operetur. ¶ Tum, quia voluntas magis potest per habitum moderare passiones debito modo, quam appetitus sensituius si eos haberet. ¶ Præter istas rationes arguitur contra opinantem sic. Si quidem secundum eum in statu innocentie non esset in appetitu sensituius aliqua passio repugnans recte rationi, non esset necessarium ponere virtutem in illo appetitu, & tamen virtutes tunc fuissent, quia tunc fuisset homo perfectus secundum eas, sicut patet per magistrum in littera. ¶ Pro Tertio hoc etiam est Augustinus in epistula ad Romanos 35. vel 36. ¶ Item in soliloquio virtus perfecta est ratio in anima perueniens ad finem. ¶ Item, 1. de civitate dei c. 15. ¶ Item, magister assignat res in littera actus virtutum in quos possunt remanere in præteritis, & quæ possunt remanere in præteritis, & illi non sunt appetitus sensitui.

AD

*Vide. 2. Eschy. c. 1. et ex-
plum de Helena.*

B

-RI

A AD QVÆSTIONEM potest dici, qd licet voluntas sine habitu possit in actum rectum, etiam moraliter bonum, nec tamen hoc, sed intellectus, potest in rectum iudicium, sine omni habitu intellectu, primus. n. actus rectus intellectus, & prima actio voluntatis recta præcedunt habitum, etiam secundum quemcunque gradum, quia ex eis generatur quicquid primo inest de habitu. Tamen sicut in intellectu, vel per primum actum vel per plures actus, elicitos, recte generatur habitus prudentie etiam per ipsum rectum eligere consonum recte rationi, vel recto dictamini rationis, vel per multas tales electiones generatur in voluntate virtus recta inclinans ipsam ad recte eligendum. Hoc probatur, quia prius naturaliter eligit voluntas, quam ipsa, vel ratio, aliquid imperet appetitui sensitivo. ratio enim non videtur attingere appetitum sensitivum, nisi mediâ re voluntate, quæ proprie appetitus rationalis. voluntas autem prius vult aliquid in se, qd imperet potentia inferiori actum circa illud, non enim quia imperat potentia inferiori, ideo vult, sed e converso, igitur in illo prior potest voluntas, cum sit indeterminata, & determinabilis sicut intellectus generare in seipsa ex rectis electionibus habitum inclinantem ad recte eligendum, & hic habitus propriissime erit virtus, quia propriissime habitus electivus inclinans ad recte eligendum, sicut ex rectis electionibus generatur. Potest tamen concedi, qd si voluntas volens potest imperare appetitui sensitivo, vel moderando passio-

nem eius, vel imperando prosecutionem, vel fugam, si sint actus appetitus sensitivi, potest derelinquere ex imperio rectis aliquem habitum in appetitu sensitivo inclinante ad hoc, ut appetitus sensitivus delectabiliter moueatur ad sensibilia ex imperio voluntatis, qui habitus derelictus, licet non sit proprie virtus, quia non habitus electivus, nec inclinans ad electiones, potest tamen concedi aliquo modo esse virtus, quia inclinatur ad illa qd sunt consona rationi rectæ.

CONTRA, primum membrum obijciunt, quia tunc in angelo possent esse virtutes morales, nam angelus potest habere velle rectum circa ea, circa quæ appetitus sensitivus natus est passionari, & ita ex multis talibus velle generaretur virtus in eo. Confirmatur, quia non solum circa passiones inexistentes in parte sensitiva convenit recte eligere, sed circa passiones ostensas ab intellectu, etiam si nunquam inerunt, nec insueverunt, sicut tactum est in q. de scientia practica in proæ. primi, igitur ex talibus electionibus generatur virtus in voluntate, & nulla concomitatur in appetitu sensitivo. Præterea, si virtus moralis esset in voluntate, igitur ipsa esset nobilior, qd prudentia, quia nobilioris perfectibilis nobilior est perfectio, consequens est contra philosophum, igitur, & antecedens. Contra aliud membrum arguitur, quia si ex hoc solo, qd appetitus sensitivus mouetur ab imperio voluntatis, potest generari in ipso quedam qualitas inclinans ad similes actus, & illa sit virtus, igitur par ratione in parte corporis in-

quen-

6. Ethic.
c. 6. & in
de copio-
so.

A quenter mota ex imperio volū-
tatis, pōt generari habitus mo-
ralis, & etiam inanimatis & ra-
tionabilibus, quibus voluntas
virtut.

AD PRIMVM concedi
potest q si angelus esset crea-
tus in puris naturalibus nō ha-
bens in voluntate virtutes mo-
rales, possent generari in eo ex
multis rectis electionibus. non
quidem circa passionibus in appe-
titu sensitivo sibi inexistentes,
nec etiam, quæ infuerunt, vel in-
erunt, vel possunt inesse, sed so-
lum circa tales passionibus in vni-
uersali ostensas per intellectum.
qua ostensione posita, & dicta-
to quid esset eligendum, si possi-
bile esset eas haberi ab eis, volū-
tas eius consona tali dictamini
ex multis electionibus posset ha-
bere habitum moralem rectū.

Hoc probatur, quia omnem
voluntatem non necessario ca-
rentem perfectione conuenien-
tem voluntati, conuenit habere
quamcunque perfectionem vo-
luntatis, velle autem bonum cir-
ca agibile, non solum sibi, sed
etiam alteri. & hoc non tantum
in ordine ad bonum diuinum,
sed in quantum est quoddā bo-
num proprium, est quedam per-
fectio voluntatis, & voluntas an-
geli non est necessario imperfe-
cta. igitur potest sibi competere
habitus, quo velit mihi bonum
temperantie, in quantum est mi-
hi bonum conueniens. Habitus
iste non potest dici charitas. ga-
ui dictum est, iste habitus nō est
tantum bonum, vt quoddam or-
dinatum ad diligendum Deū,
sed sub ratione propriæ bonita-
tis in eo, nec est alius habitus, q
temperantia; quia per mihi &
tibi non variatur ratio formalis

habitus. igitur sicut habitu tem-
perantie formaliter eligo mihi
hoc bonum, ita habitu eiusdē
rōnis pōt mihi qlibet velle hoc
bonum. ¶ Hoc modo consequē-
ter posset poni in Deo esse ratio-
nem virtutum moralium, sicut
in eo conceditur charitas sine
accidentalitate eius. & ita ex ista
ratione de angelo, quæ adduci-
tur contra propositum sumitur
ratio ad propositum. Nam vo-
luntas angeli potest velle mihi
bonum temperantie in quantum
est tale bonum, quod velle est
proprius actus temperantie igitur
habitu temperantie pōt illud velle,
sicut arguitur est. & ita erit in eo
temperantia, & nō ī parte sensitua,
igitur in alia. ¶ Si obijciat, qd est cō-
tra philosophum. 10. Ethy. qui
negat a dijs virtutes morales. Re-
spo deo, ita forte negaret ab eis
omnem habitum accidentale,
si secundum aliquos poneret
eos naturaliter esse beatos. ¶ Al-
ter, si non placeret ponere in eis
virtutes morales, potest negari
consequentia illius rationis si-
cut contra propositum. &
hoc altero istorum modorum,
vel quia virtus non est circa qd.
cunque bonum, sed circa bonū
difficile. bonum autem tale qd
ponitur obiectum virtutis, non
est difficile, nisi habenti appeti-
tum sensitivum, qui natus est
ferri in oppositum illius boni,
saltem quantum ad aliquam cir-
cūstantiam. & ex hoc, q appeti-
tus sensitivus sic inclinatur, vo-
luntas in eodem nata est sibi cō-
delectari. & ex hoc difficile est
voluntati tendere in bonum de-
bite circūstantiarum. volun-
tas autem angeli, quia non est
coniuncta appetitui sensitivo,
non est nata condelectari sibi. &
ita

A fine difficultate tendit in bonum morale. i. recte circumstantionatum. Alio modo dici potest, quod duplex est volitio. ¶ Vna simplex, quae est quadam complacentia obiecti. ¶ Alia efficax, quia volens persequitur ad habendum volitum, si non impediatur. Sola autem secunda est proprie electio, eo modo quo philosophus loquitur. 3. Eth. voluntas est impossibile, electio non. Nullus enim eligit impossibile. i. efficaciter vult, ex qua volitione persequatur illud, licet aliquis posset simplici volitione velle impossibilia, quoniam forte peccavit, vel peccare potuit primus angelus volendo aequalitatem Dei. ¶ Potest igitur dici, quod in habentibus appetitum sensitivum, voluntas potest esse principium multarum electionum respectu obiecti moralis, & ista volitio efficax est electio, quae sola nata est generare habitum, qui licet sit prior omni habitu in appetitu sensitivo, tamen natus est esse principium imperandi tali appetitui. In angelo autem potest esse volitio simplex, non nata imperare. ¶ Ad secundum, quamvis posset negari, quod oportet omnem perfectionem nobilioris perfectibilis esse nobilioris quacunque perfectione perfectibilis minus nobilis, sed sufficit supremam nobilioris excedere supremam minus nobilis. virtus autem moralis non est suprema perfectio voluntatis, nec prudentia intellectus. Sed charitas voluntatis, & fides intellectus, & charitas videtur excedere fidem. Tamen, ista ratio non videtur sufficere, quia respectu eiusdem obiecti nobilior potest etiam habere nobiliorem actum,

quando utraque agit secundum totam virtutem sui, quia ibi non est excessus ex parte obiecti, quia id est est, igitur ex parte potentiarum tantum, & eatenus nobilior excedit, cum igitur circa bonum morale, quod est idem obiectum, sit actus intellectus practici, & voluntatis, si utraque perfecte agat haec dictando, illa eligendo, simpliciter nobilior erit electio recta, quam dictamen rectum, & per consequens habitus generatus ex electionibus rectis erit nobilior habitu generato ex dictaminibus rectis, quod concedo. ¶ Et ad philosophum praferentem prudentiam, Respondeo, prudentia quodammodo est regula aliarum virtutum, pro quanto ipsa, vel actus eius praecedit generatione habitum & actum virtutis moralis, ex ista prioritate actus, & habitus moralis conformatur sibi, tanquam priori & non e converso. Similiter haec prioritas apud philosophum videtur concludere rationem regulae & mensurae, & in hoc dignitatem, sed non sequitur. ergo simpliciter dignior. ¶ Ad tertium conceditur quod in parte corporis potest esse virtus & habitus, sicut patet in manu scriptoris, & pictoris. Manus enim mea inexercitata inhabilis est in illa facultate, quae est ad citharizandum, exercitata autem est habilis, quod non est nisi habilitate, inhaerente manui, qua habilitas conceditur esse quadam virtus, quia quadam qualitas habilitans ad opus virtutis moralis, conceditur autem hoc ulterius de irrationabili, ut de equo ad actus quosdam, ad quos est assuefactus, sed in mere inanimato.

Sco. sup. iij. Sen. V tis

A tis non inuenitur. Non enim ex cōsuetudine projicitur facilius lapis fursum.

A D A R G V M E N T A
principalia, ad omnes auctoritates. Concedo q̄ affirmant. s. q̄ in appetitu sensitiuo est quadā qualitas, quæ pōt dicitur virtus, licet minus proprie q̄ illa q̄ est in voluntate inclinans ad electio-

*Quare mo-
strum hu-
ius i. Phy-
et apud
alios hic
quia nō po-
nitur in li-
bera ex-
presso ut
patet.*
nem. ¶ Ad illud de irascibili, & cōcupiscibili, dico quod sunt non tantum in appetitu sensitiuo, sed in voluntate. Et cum obijciatur de obiectis arduo, & delectabili siue illa sint obiecta, siue non, de quo. q. sequenti. ita potest inueniri distinctio ex parte obiectorum, comparando ad voluntatem, sicut comparando ad appetitum sensitiuum. ¶ Ad aliud, cum dicitur, q̄ voluntas sufficienter perficitur per virtutem theologicam. Respondeo.

B verum est respectu boni diuini, & respectu nullius alterius, nisi in ordine ad diligere Deum, ita q̄ nullus actus elicitur ex charitate, nisi cuius obiectū, ad quod sistitur est Deus, licet per alia obiecta media, non solum autē possum ordinate velle Deum, vel hoc bonū in ordine ad Deū, sed etiam bonum hoc, in quantum habet talem bonitatem cōuenientem mihi s̄m propriā rationem, & sic velle hoc bonum est ex alio habitu. ¶ Si obijciatur, ille habitus non erit ratio referendi in Deum, igitur nō erit reatus, quia actus eius v̄ frui bono creato. ¶ Respondeo, habitus inferior non habet de se actum habitus superioris, charitas autē quæ est habitus superior habet referre hunc actum immediate in Deum, nullus igitur alius habitus habet proprie ex se sic

referre, sed tantum habet ex se suum actum proprium diligendi hoc bonum, q̄ bonum debet ulterius referri per charitatē, nec ex hoc sequitur q̄ inferior sit maior, nec q̄ sit principium fruendi bono creato. Quia, & si non referat tantum negativē fruendo, tamen non refert contrarie. s. repugnando legationi, & hoc non est frui, quia frui non tantū includit non referre negativē, sed oppositū eius, quod est non referre contrarie. s. v̄ sicut dictum est dist. 1. primi. ¶ Ad illud de principatu despotico, & politico, dicitur q̄ philosophus putauit conditionem naturę corruptæ esse conditionem naturę institutæ. Tamen de hoc aliter dictum est in 2. li. qualiter appetitus inferior natus erat habere suam delectationem, & qualiter potuit concorditer voluntati moueri, ita tamen q̄ p̄ponitur poni aliqua virtus in virtute appetitū. nisi forte iniustitia originalis faceret in voluntate perfectius dominium respectu appetitus sensitui, ita quod posset statim v̄i appetitū sensitiuo seruili ter, sed adhuc non saluaretur, v̄i videtur quod appetitus sensituius delectabiter moueretur, quantumcumque voluntas dominaretur super eū, nisi in ipso appetitu esset aliquis habitus inclinans ad realem actum eliciendum, sicut ego volens te recte eligere circa passionem aliquam, possem generare in me virtutem moralem ex hoc. ¶ Tenendo igitur viam illam distinguunt de voluntate, v̄i natura, v̄i libera, & v̄i deliberatiua. primo modo negatur ab ea virtus, quia sic naturaliter tendit in finem, & in

a in bonum quodcunque ostendit, ut in ipso relucet finis, & propter talem determinationem non requiritur virtus in ea ut sic, nec etiam requiritur in ea ut libera, quia virtus inclinatur per modum naturae, & ipsa ut libera non est nata moveri naturaliter si enim posset inclinari naturaliter, igitur posset necessitari, ut libera. ¶ Tertio igitur modo, scilicet ut deliberativa non est respectu finis, sed est respectu eorum, quae sunt ad finem. & respectu huius erit in ea habitus moralis. ¶ Additur etiam, quod virtus movet per modum naturae, quia subito. *cap. 11. vñ fm philosophū 3. Eth.* Si in repentinis sit impavidus maxime apparet fortis. ¶ Contra hæc, primo quia voluntas ut natura nullum actum elicit, ut dictum est dist. 15. huius tertij. igitur ut natura non tendit in aliquod obiectum, nec finem, nec aliud per actum elicitum, sed tantum tendit per inclinationem naturalem, sicut graue de tendere deorsum, etiam si quiescat sursum. ¶ Contra alia duo membra arguitur, quia vñ videtur includere aliud, nā ut est deliberativa est libera. Aut n. dicitur deliberativa, inquantum precipit deliberationem, aut inquantum eligit praeuia deliberatione, & utrumque convenit sibi inquantum libera, quia libera imperat illam deliberationem, & libere eligit, igitur negando in ea esse virtutem, ut libera, & concedendo in ea esse virtutem, ut deliberativa, est contradictio, nec illa probatio, quod non sit in ea virtus, quia tunc posset necessitari, concludit, quia agens superius in cuius potestate est actio inferioris, non potest necessitari

ab inferiori agente. virtus autem si aliquo modo est agens ad actum, est inferius agens, ut dictum est dist. 17. primi de habitu. ibi etiam dictum est, qualiter non repugnat, quod libere agat, & tamen habitus agat in ea per modum naturae. ¶ Consimiliter etiam posset probari, quod non sit virtus in ea, ut deliberativa, si illud est verum, quod virtus sit repentine praeveniens deliberationem, nam voluntas ut repentina, non videtur deliberative agere, sed praevenire deliberationem. tamen non oportet huic inniti, quia oportet quod illud verbum exponatur, absolute enim nullus vitiose vel virtuose agit, nisi agat ex deliberatione. sicut n. non humane agit, nisi agat intelligendo. ita circa illud, quod est ad finem non humane bene agit, nisi intelligendo illud, propter quod agit. & istud intelligere est deliberare, unde virtuosus non sic agit repentine, & sine deliberatione, sicut agit natura. ex 2. Physi. Debet igitur sic intelligi dictum philosophi. quod sicut virtuosus obiecto ostenso inclinatur ad recte agendum ex recto habitu, ita etiam per prudentiam ordinatus est ad statim recte dictandum circa illud eligibile, & quasi imperceptibiliter deliberat propter promptitudinem eius in syllogizando practice. Alius autem imperfectus cum difficultate, & mora syllogizat practice, & si tandem recte eligat non dicitur repentine agere, sed morose, & alius perfectus, quasi repentine agere respectu illius, quia agit, quasi in tempore imperceptibili.